Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philosophia Aristotelica-Thomistica - Cod. Ettenheim-Münster 226

Endel, Roman
Majer, Ferdinand

[s.l.], 1731-1732

Articulus unicus

urn:nbn:de:bsz:31-120354

Visual Library

qd ignis deperdens calorem, deperderet totam suam gratiam sibi connaturalem debitam, qd in qte n. fit.

Resp. ad 8tum. Xtum dum apparuit S. Paulo, et brevem moram reliquisse calum et n. fuisse circumscriptivè in calo, qd n. deit S. Scriptura Xtum eo tpre, quo ascendit in calum, n. reliquisse calum, tunc debet algi, q calum fieri debeat Xtum tamen loqq. prig. extra quem etm parvo tpre si maneat, multum sequitur absurdum. Ad aliud de S. P. Benedicto respdeo in tali casu Anglum supplevisse assumendo personam S. Patris, quæ responsio data etiam ad alia ejusdi exempla.

Quæstio 2da

De

Vacuo

Artlus unicus

an

Detur v. dari possit vacuum in rerum natura?

Si detur an in eo et ea possit motus localis?

Nota 1o. aliud vacuum dici usitatum aliud strictum, ut dicitur v. g. in marsupio pecuniis destituto, postquam dicitur, qd aliqd caret quo, hoc vacuum dicitur in ngtivo et privativo; aliud est, qd nullum, quod nec per se de facto acquirere, et plerumque appellat spatium imaginarium, hoc etsi n. detur est tamen factum in aptitudine replebile, velut si Deus in hac schola oem aerem annihilaret. N. 312us.

Nota 1o. ex doctrina Arlis L. 2 de aa c. 8: 94. et dici: Th.: eodem loco. Res naturales ex instinctu sua inclinatione totis viribus conitiuntur ad conservationem sui, tum ad conservationem totius universi; ut facile constat, ne illa vires n. ilis. sed etiam naturalia innaturalia sibi salutaria N. 313us.

atqꝫ utilia quærunt, noxia fugiunt, gignunt sibi simile &c. de posteriori quoqꝫ patet: cum enim quælibet res naturalis sit pars universi, pars a naturali inclinatione ferat in conservationem totius etiam cum proprio detrimento manifestum est res naturales nihil magis cupere, quam conservare totum hoc universum. Ultra id, utrum naturaliter vivente facto saltem possit dari vacuum. Si hoc non possit, utrum supernaturaliter facto dari possit, et supposito, quod si hoc modo daretur vacuum, utrum in illo fieri possit motus localis. Dico

N. 314. Dico 1o. Nullo vivente naturali etiam absolute potest dari vacuum. Ratio: illud non potest fieri per agens naturale, quod aperte cedit in detrimentum totius naturæ; sed vacuum est ejusmodi. Minor probatur: illud cedit in detrimentum naturæ, quod influxum calorum siderum impedit; sed vacuum influxum calorum impedit, per quem influunt in hæc sublunaria, quibus conservatur, et continuitate generum; sed si daretur vacuum non foret continuitas corporum &c. Imo potest interiacto vacuo daretur hiatus inter corpora; atqꝫ adeo dissolutum haberetur continuatio &c.

Contra. Dico non potest facere agens naturale, quod abhorret tota natura; sed tota natura abhorret vacuum quare &c. Minor probatur experientia, sicut enim si fistula mergatur aqua, et ex ea fistula aër attrahatur, aqua ascendit contra suam naturam ad supplendum locum. Si vas vitreum impleatur aqua, et aqua gelata condensatione, frangetur tale vas ut aër intrare et vacuum implere possit &c. ubi

Nec dicas. Angelos obedire omnia corpora naturalia, qui annihilato aëre posset Angelus facere, ne terra ascenderet et sic posset facere vacuum. Respondeo Angelos omnia corpora naturalia obedire quoad motum localem, si sit bonum universi, et etiam in malum alicujus rei particularis; si autem sit in malum totius universi tunc Angeli non obediunt talia corpora, quia omnis res gaudet duplici inclinatione, una ad bonum particulare et hanc habet a generante, altera ad bonum universi, quam hanc habet ab authore naturæ, et hinc quod replere vacuum pertinet ad bonum universi Angelus non impedire potest.

Dico 1º dari pot Dio mediante supernaturaliter vacuum N. 315[ut]
ratio est, Deus pot annihilare elementa, caelum
lunae et terras, quo pot suspendere suum concursum conservativum
sublunaribus, nondum daretur vacuum quod est. Quod si dicas Deum non
posse mutare rerum naturas, [illegible] vacuum a[nte] mutaret,
quod neque Deus pot facere vacuum. neque Deus dicitur non posse mutare
rerum naturas auferendo vel annihilando aliquid de rerum naturis
[illegible] naturas non [illegible], destruendo essentias rerum [illegible].
idest, Deus non pot mutare rerum naturas ita, ut destruat
essentias rerum, hic esse daretur vacuum non destrueret essentias
rerum, quae maneret essentia vacui.

Dico 3tio. in vacuo posset dari motus gravium et levium
quamvis ex aliis non sequeretur novum vacuum. ita [illegible] N. 316[ut]
[illegible] L. 12. Ratio. in vacuo dari motum localem, nec
repugnat ex parte mobilis, neque ex parte termini, neque
ex parte medii: quod est. ex pte non ex parte mobilis,
quia habet omnem virtutem motivam ad motum, quam haberet extra
vacuum; non ex parte medii, ut patebit ex objectionibus [illegible]
[illegible] auditorium, non ex parte termini sive a quo sive ad quem.
nam si in hoc auditorio destrueretur aer nullo alio
corpore succedente adhuc esset longitudo et distantia parietum
[illegible], adeoque si auditorium hoc esset vacuum, et Deus in
medio poneret lapidem lapis caderet deorsum, a si in
medio poneret ignem ignis moveretur sursum, quod est.
Dixi quamvis non sequeretur novum vacuum, nam si [illegible] motu
in vacuo mobile deberet discontiguari ab aliquo
corpore, non posset moveri naturaliter propter naturalem repugnantiam
vacui, quam in prima [illegible] adstruximus. hic [illegible] bene
observandum est, quod in vacuo non posse dari [illegible] motus, ad
quos mobile indiget sustentari a medio, nec actiones,
ad quas requiritur transfusio qualitatum per medium, ratio
quia in vacuo non esset aliquod medium, quo non mobile posset
sustentari ab illo, nec qualitates propagari per ipsum, quo nec fieri
motus aut actiones, quae [illegible] [illegible] [illegible] medio.

hui avis vg. in vacuo n̄ poss. volare, nec ipsis natare
qā n̄ sustentarentr à medio. 2do si daretur vacuū
n̄ posset videri altaria, neq audiri conciones, qā
species intentionales colorū, soni n̄ posset transfundi p mediū
ad organa sensuū visus auditus etc.

Solvuntur objectiones

N. 317 Objicies 1mo aliquod. Si n̄ daretur vacuum tunc ad motum
volantis muscæ totum aërem moveri, qui ē in mundo,
sed hoc ē absurdum, ergo etc. Resp. negando. Musca dum incipit
volare movet partem aëris sibi obviam a fronte, succedit
pars alia, et hæc aliam, non totam aërem p oēs regiones aeris,
tale aliquid n̄ fieret si moveretur p spatia vacua, q etc.

2o. ab experientia constat dari vacuum, ergo etc pa. Sume
tubum vitreum longum circiter pedum, eiusqe 2dum unum
orificium claude sigillo hermetico, ut n̄ possit intrare
vel levis aër, imple deinde p alterum orificium mercurio
idē argento vivo, ita ut nihil amplius capere possit, deinde
super imposito digito in aliud vas similiter plenum
mercurio immerge, et suspenso perpendiculariter digito
subtrahe digitum, ut sit libera facultas egrediendi
mercurio. Hoc facto totum mercurius subito descendet,
ut n̄ remaneat nisi ad altitudinem 2 circiter pedum,
relicta parte superiori vacua, cum nihil sit assignabile
quo repleatur. Ita arguunt Valerianus Magnus contra Aristot.

3tio Quando unum malleo marmor palmare dividitur
in duos semipalmos, totus semipalmus divellitur ab altero
in unico instanti, et nunc una pars, nunc altera, qā
in eo instanti, quo dividitur marmor in duas medietates,
datur in his vacuum. Resp. n. spatium illis medietatibus
intermedium n̄ potest in alio instanti occupari ab alio corpore
quam vacuum.

4to objicies aliquod. Si corpus aliquod moveretur in vacuo seu
privatio seu agetur, tunc moveretur localiter vel n̄
moveretur, sed hoc implicat ergo etc. 2. negatur moveretur ut
supponitur, tum moveretur quia posset: ut qui localiter moveatur

debet successive tendere ab una superficie ad aliam, sed
in vacuo non est talis successiva tendentia, cum hoc superficie
sint quantitates dimensivae et mobilis circumscriptivae, quas tol-
lit ipso, cum ponis vacuum; aufers quod est.
4to. ubi non est distantia mobilis ad terminum, ibi etiam non potest dari
motus localis; sed in vacuo nulla est distantia mobilis a termino,
cum inter illa non sit aliud quam medium; quod est.
5to. non datur motus localis sine termino, sed in vacuo non potest
acquiri terminus, quod implicat in alio motus localis. Non potest
siquidem in vacuo acquiri terminus, nisi illa esset ubi intrinsecum
superficies continens seu locus extrinsecus vel spatium imaginarium
penetratum sit dici. quod est. non ubi intrinsecum, quia tale non datur,
non locus extrinsecus, quia in vacuo non datur talis, nec etiam spatium
imaginarium, quia aliud nihil est, adeoque non potest acquiri, seu
formare motum, nam res non censetur mutata ex additione
nihili. quod per motum in vacuo, non potest acquiri terminus.
Obiectio 1ma n: sola non ad hoc ratione dicitur, a musca volante n. 314 us
moveri quidem aërem anteriorem illi obvium, ita ut idem facile
cedat muscae, et quia est quasi liquidum facile condensetur, et
iterum dilatetur, unde dum incipit motus muscae aër
anterior non nihil condensatur, sed mox redit in locum anteriorem
in quo fuerat, dat muscae, eodemque tempore, succedit
muscae in locum aëris lateralis, et sic quadam circumitione
aëris circa muscam absolvitur motus, unde minime debet
totum aërem moveri; sicut ob eandem rationem, non debet moveri
totum oceanum, dum piscis in eo natat.
Obiectio 2da. Hoc argumento confirmari videtur sententia, si enim
mercurius non timeret vacuum, cur solum ad certum spatium
tubi et totus descendit, et non potius partem illam tubi ac
vacuam deserit; nam si ibidem suspensa fuerit vesicula
carpionis vel q. intumescet, adeoque dari debet aliquid in illo
spatio, a quo causetur hic tumor.

Resp. ad 3tium N: Semipalmum marmoris in ea divisione divelli ab altero semipalmo in instanti; dividitur enim marmor successive, ita ut una pars divellatur post aliam, et non simul omnes. Cum quo modo sufficiens licet successivum motum localem sese insinuat aer eadem videlicet celeritate, qua partes ipsae motum assumpserunt.

Resp. ad 4tum. N m ad cuius probationem N iterum m, nam ad motum localem non requiritur ut mobile transeat successive de una superficie ad aliam, ratio enim essentialis motus localis non consistit in successivo contactu superficierum aliarum, sed contactus iste est aliquid consequens tantum ad motum localem. Sufficit autem ad motum localem, ut acquirat diversam situationem et distantiam ad centrum terrae et polos caeli; si enim ipsum requireretur, ut mobile successive tenderet ab una superficie ad aliam, tunc posset contingere, ut quis dum se moveret, tamen non moveretur, quoniam eandem semper superficiem traheret.

Resp. ad 5tum. D m. ubi nulla est distantia neque ad terminum nec positiva nec negativa, ibi nullus fieri potest motus localis C m. ubi nulla est distantia positiva, est tamen negativa, N m et sic distinguo m. Distantia positiva dicitur, quando inter terminos actu existentes intercedit cuiusque aliquid reale v.g. aer, per quem mobile movetur: distantia negativa est, quando nihil quidem reale intercedit, posset tamen intercedere et sic intercedit inter eos negatio contiguitatis. Ergo a talis distantia in vacuo dari potest ex eo, nam si Deus annihilaret aerem adhuc caelum et terra se non tangerent.

Resp. ad 6tum. N m ad probationem dico terminum illum non esse ~~[illegible]~~ spatium, nec spatium imaginarium sed locum [illegible], non quidem positivum, sed quendam; si vacuum sit privativum, si vero sit negativum, tunc est nova distantia, a propinquitate ad centrum terrae et polos caeli: si enim [illegible] ambularet supra caelos mutaret distantiam ad centrum terrae et polos caeli; atqui in tali distantia longius [illegible]

ut ex supradictis patet. q. e. d.

Quaestio 3tia
de
Tempore

Art. 1us

an tempus detur à parte rei? Quid sit tempus? an et quomodo distinguatur ab aeternitate et aevo?

Nota. Quid sit difficile mihi quod tempus teste S. Aug: L. 10 Confess: c. 14 dicente: si quis ex me non quaerat, quid sit tempus, scio, si quaerenti explicare velim, nescio. quia tamen haec temporis notitia ad [illegible] valde necessaria, tamen per [illegible] omnis illud explicabimus: quod autem tempus sit mensura durationis motus dubitat nemo, durationem enim genere [illegible] in aeternitate, aevo, et tempus. Sic praemisso N. 319us

Dico 1o. Tempus datur à parte rei, et est verum ens reale: N. 320us
Prob. omnis proprietas entis realis est ens reale, tempus est proprietas entis realis scilicet motus realis, q. e. d. deinde ens rationis cessat cessante operatione intellectus, tempus non cessat cessante operatione intellectus, quamdiu enim est motus, tamdiu est tempus, quia tamdiu durat mensuratum, tamdiu etiam manet mensura, sed tempus est mensura motus sublunaris q. e. d.

Dico 2o. Tempus bene definitur, quod sit numerus motus secundum prius et posterius, ita S. Doct: 1a p: q. 10. Art: 1o. Dicitur numerus et supponitur pro numero numerato vel pro re numerata, non pro numero numerante, sive pro mente numerante: nec hic est quantitas discreta, tempus autem pertinet ad quantitatem continuam. deinde non de essentia temporis, quod sit numerus numeratus actualis sive formalis, sed sufficit, quod sit aptitudinalis, nimirum, quod partes numeri numerati saltem possint numerari ab mente. Dicitur 2o motus, quae [illegible] motus primi mobilis, qui absolvitur spatio 24 horarum, N. 321us